



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Erendrudis Abbatissa. 30. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

30. Iunii. VITÆ SANCTORUM. 413.  
faltibus dedit, oleum interim effu-  
sum, Jeshu nomen clamando immif-  
cens. Agnosceres tam pretiosis liquori-  
bus refertum Electionis Vas esse. *Ex*  
*Hist. Eccl.*

*Pro nobis facit Apostolorum vita, &*  
*doctrina, & mors ipsa. Etenim in conver-*  
*satione continentiam, in predicatione sa-*  
*pientiam, in passione suâ patientiam no-*  
*bis contulerunt. S. Bern. serm. 3. de*  
*SS. Apost. Petro & Paulo.*

S. ERENDRUDIS ABBATISSA.  
30. Iunii.

**E**RAT ERENDRUDIS D. Ruperti  
Noricorum Apostoli neptis, non tam  
sanguine huic, quàm virtute propinqua.  
Itaque magisterium in DEO devotas vir-  
gines jam tunc, cum in Galliâ adhuc  
ageret, exercuit. Sed uti Rupertum vi-  
rorum, ita ERENDRUDEM mulierum  
nec minus potens invidia cedere è Gal-  
liâ coëgit. Itaque inter auxiliares co-  
pias, quas fidei bono in Boicas terras in-  
duxit Rupertus, etiam hanc numeravit,  
& exadificato ad Iuvaviam Deiparæ ho-  
nori Parthenone, illic collocavit virgi-  
nem, matremque aliarum virginum vo-  
luit esse: quod officium illa sic imple-  
vit, ut non harum modò, sed pauperum  
omnium mater audiret, quibus te-  
ctum victumque nunquam non præbuit.  
Pedes



414 VITÆ SANCTORUM. 30. Iunii.  
Pedes etiam eorum lavare, ulceraque ve-  
lut gemmas gaudens tractare. Ipsa men-  
sa accumbens, non tam corpus cibo,  
quam animum piis de Deo colloquiis re-  
ficiebat, quo ut fruere, dici non po-  
test, quam abire è vita properat. Tu-  
mulum ejus ingentia miracula corona-  
runt: unum alterumve denario. Mon-  
achus in hereditatem D. ERENDRU-  
DIS invaserat, ausus parrem salinarii  
montis sibi asserere: & occupavit ille  
terram, quam petiit, sed subito fato in  
ipso loco, & perjurio extinctus. Aliam  
expertus est Henr. S. Caesar, qui morbo  
tentatus, amuletum è collo suspendit a-  
nulum aureum, reliquiis virginis (gem-  
mis utique grandibus) gravem. Atque  
hunc cum amisisset ille, & ab infesto  
morbo iterum oppugnaretur; præsentem  
iterum medicinam ad tumbam EREN-  
DRUDIS reperit, ut qui se Henrico tunc  
debebat orbis, idem ipsum Henricum E-  
RENRUDI deberet. Ex tom. 6. lect. ant.  
Canis.

*De terrâ es, & de terrâ vivis, & in  
terram reverteris. Certum est, quia morie-  
ris; sed incertum, quando, & quomodo,  
aut ubi: quoniam ubique mors te expectat,  
tu quoque, si sapiens fueris, ubique eam  
expectabis. S. Bern. l. Med. c. 3.*

S. RU